



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

396. An, & cui Coadiutor teneatur reddere rationem suæ Coadiutoriaë.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)



agat nomine Coadjuti, sed proprio seu nomine ecclesie, licet aliàs representet eum, quatenus agit & inseruit loco illius. Unde etiam, ut Barbof. & Garc. poterit Coadjutor dare suffragium in electione ad præbendam quam præterdit Coadjutus. Idem vice versa tenent Barbof. & Garc. de Coadjuto, quod & hic possit interesse capitulo, & dare votum, ubi agitur de negotio Coadjutoris, nisi forte ut Barbof. ibidem tractaretur de re spectante ad ipsam Coadjutoriam, quæ particulariter spectat ad ipsum Coadjutum. uti id ipsum è contra de Coadjuto limitat Ventrigl. nimirum ut procedat, quando non tangitur consecutivè interesse ipsius Coadjutoris; in eo enim casu debere illum exire ait, ex quo jam tractatur de interesse proprio.

2. Verumtamen Castrop. *loc. cit. n. 23.* credit, tam Coadjutum quam Coadjutorem excludendum, seu debere exire de Capitulo, quoribus negotium tractatur alterutrinus utilitatem principaliter respiciens; eò quod ob mutuam unius ab alio dependentiam & respectum suspicio esse possit injusti processus. Item non solum quis recusari possit, dum suffragium ferre debet in utilitatem suorum: commodum autem Coadjuti respectu Coadjutoris, & hujus respectu Coadjuti reputandum sit commodum proprium, vel suorum, quia unus ad alium pertinet. Tenet nihilominus Remouch. *c. 15. n. 6.* quod licet Coadjutor in causa ipsius Coadjuti non possit interesse Capitulo tanquam Coadjutor, nihilominus in qualitate Canonici non denegandum ipsi suffragium, uti nec Coadjuto in causa particulari Coadjutoris, modò in re aut cau-

sa ipsis communi, v. g. Coadjutoria, non sit dandum suffragium.

*Quaestio 396. An & cui Coadjutor teneatur reddere rationem suæ administrationis?*

**R**esp. Teneri Coadjutores Prælati Coadjuti (si fiat sana mentis) ac eorundem Capitulis, seu etiam ipsorum Prælatorum successoribus (si hoc antea non fecerint) reddere rationem plenariam administrationis suæ. Engels *ad tit. de cler. agror. Laym. ad c. unic. cit. eod. in 6. s. præsent. n. 4.* juxta expressum textum ejusdem cap. unic. ubi dum Bonifacius VIII. ait: *aut Prælatorum successoribus*; satis indicat se loqui de Coadjutoribus Prælatorum temporalibus; cum aliàs in Coadjutoris perpetuis successor Prælati Coadjuti sit ipse Coadjutor, qui sibi ipsi reddere rationem administrationis suæ nequit, cetera verò, quæ in dicto textu habentur, etiam Coadjutoribus perpetuis applicari possunt. Addit quoque Franc. *in cit. c. unic. n. 2.* apud Laym. *loc. cit.* has rationes iterato à Coadjuto peti posse ut revideantur, dummodo super rationibus factis transactum non fuerit juxta *l. unic. c. de errore calculi. Distinct*que hoc in puncto Coadjutor à tutore & curatore; quod hi rationes reddere non teneantur nisi officio finito. *l. si tutor. ff. de tutel. Laym. loc. cit.* cujus etiam discriminis ibidem ex Ancharano hanc affert rationem, quod Coadjutoris officium indeterminati sit temporis; cum nesciatur, quando moriturus sit Prælati; officium autem Curatoris & Tutoris determinati sit temporis, nimirum iis à jure præfixi, quo exspiret.

## CAPUT SEPTIMUM.

### De potestate Coadjutoris.

*Quaestio 397. Qua in genere sit potestas seu facultas Coadjutoris.*

1. **R**esp. primò. Potestas & facultas Coadjutoris Episcopi, & Prælatorum dependet à forma concessionis Coadjutoria, seu à tenore litterarum, specialibusque prærogativis in illis per Papam juxta exigentiam ecclesie, sive in temporalibus sive spiritalibus, vel etiam iis liberaliter concessis. Gonz. *ad reg. 8. gl. 5. s. 9. n. 94.* Ventrigl. *tom. 2. annot. 13. n. 23.* Remouch. *c. 15. n. 2.* Pignat. *tom. 4. consult. 185. n. 22.* Barbof. *jur. eccl. l. 3. c. 10. n. 23.* Pavin. *de visitat. Paril. l. 7. q. 20. n. 19.* Unde ad considerandam facultatem Coadjutoris ante omnia inspiciendus est tenor litterarum harum. Gonz. Pavin. Ventrigl. *ll. cit.* Pignat. *loc. cit. n. 1.* Tondur. *qq. benef. p. 2. c. 1. s. 13. n. 23.* ubi: quod attinet controversias, quæ nonnunquam oriuntur inter Coadjutum & Coadjutorem, certum est, imprimis verba & clausulas in literis Coadjutoria adhibitas attendendas esse &c. non enim omnes Coadjutoriarum literæ habeat eadem privilegia. Pignat. *tom. 9. consult. 84. n. 6.* sic v. g. aliqua literæ habent, quod Coadjutor habeat vocem activam & passivam, alia quod vocem tantum activam habeat in Capitulo. Pignat. *loc. cit.* alii Coadjutores nullam habent vocem in Capitulo, aut ei intervenire nequeunt; quia de iis nihil in literis; Coadjutoria au-

tem, ut dictum, sunt odiosa & strictè intelligenda. Pignat. *loc. cit. n. 7.*

2. Porro forma illa concessionis seu tenor litterarum ut plurimum restringitur ad facultatem faciendi ea, quæ ad coadjutoris officium de jure vel consuetudine spectant, ita ut in capitulo, choro & processionibus aliisque actibus capitularibus, officii divinis, funeralibus, functionibus ecclesiasticis absente coadjuto interesse possit & debeat. Pignat. *tom. 4. consult. 185. n. 1.* Dixi, quæ de jure vel consuetudine spectant ad ejus officium. De jure autem generali Coadjutor tantum supplet in necessariis, & sic aliis canonicis volentibus supplere nulla erit necessitas muneris Coadjutoris. Pignat. *n. 5.* De consuetudine verò, ut Coadjutores, qui sunt minus digni veris Canonicis, is æquiparentur in functionibus peragendis à veris Canonicis, ac ut se ingerant ultra formam Coadjutoria, constare debet vel in genere vel in particulari; debetque esse præscripta spatio. 40. annorum juxta Pignat. *loc. cit. n. 5.* Atque ita facultas data Coadjutoribus in literis Coadjutoria tota versatur circa ea, in quibus Coadjuto deficiente minueretur ecclesie servitium, qualia sunt, quæ jam enumerata sunt & similia de necessitate & jure proprio ad ipsum Coadjutum spectantia, v. g. cantatur missæ ex obligatione, & ad quas dicendas vigore testamenti, & fundationis teneantur Coadjuti juxta dicta supra. Pignat. *loc. cit. n. 4.* Non verò facultas dicta versatur circa functiones honorarias, quas ipse Coadjutor